

COMMENT. IN I. CAP. SPHÆRÆ

babet a primo mobili, & ignis vicinitatem, & solarium radorum continuam emissionem per eadem, calida semper existit. Pari ratione infima nobis vicinior, a multiplici solarium radorum reflexione calefcit: Media vero regio ob magnam ab igne distantia, & ad quam radorum solarium reflexiones peruenire nequeunt, semper est frigida, vt ostendunt impressiones Meteorologicae ibidem generatae, quae sunt frigidae, quales sunt pluuia, nix, grando, & c. Ceterum cum totus orbis aereus sit vniformis, & eiusdem spissitatis, probabile satis quoque videtur, mediam aeris regionem latiore, & densiore esse iuxta polos mundi, ob caloris debilitatem, quam maxima Solis absentia ibi efficit, & nimium frigus, quod ibi perpetuo existit: Partes vero mediae



dunt impressiones Meteorologicae ibidem generatae, quae sunt frigidae, quales sunt pluuia, nix, grando, & c. Ceterum cum totus orbis aereus sit vniformis, & eiusdem spissitatis, probabile satis quoque videtur, mediam aeris regionem latiore, & densiore esse iuxta polos mundi, ob caloris debilitatem, quam maxima Solis absentia ibi efficit, & nimium frigus, quod ibi perpetuo existit: Partes vero mediae